a possidere modo obligatorio iuxta Iuri et Regum Inscriptionis Originalis inscribit et assecurat Atac sua personali recognitione in Praesentis mediante.

Tworkowski filius Donat.

Coram officio et Actis praesentibus Capitaneal Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Albertus olim Valentini Tworkowski de Brzozy haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Martino Alberto Valentino Joanni Tworkowskiem filiis suis legitimis et ipsorum successoribus Bonorum suorum in haereditate Tworkow Dąbrowa et Wolka sitorum et consisten. totas et integras sortes suas haereditarias paternas et alio quovis modo et iure titulo concernen. in Areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis et gaiis cum Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus quaestibus attinen. et pertinen. Nullis exceptis pura mera syncera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Quibus iam ex nunc intromissionem realem cum Actuali ac pacifica possessione per Mem et alios dicti officii acceptandam dat et admittit.

Hryniewicki Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitaneal Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Matheus filius Joannis Ancuta de Ancuty haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit quod dicto Martino filio Marcineki Hryniewicki in Ancuty haeredi et ipsius successoribus Bonorum in haereditate Ancuty sitorum in loco dicto Borowszcze in sylua duos cum medio sulcos a pariete sub sylua existen. ad graniciem Narewska inter metas parentis sui et Marci Ancuta. In alio loco dicto Nowiny duos cum Medio sulcos a pariete sub sylua ad eandem graniciem extenden. ac inter metas ut supra. In tertio loco dicto Nowiny duos cum Medio sulcos incipien. ac extenden. ac inter metas ut supra iacen. Item agris pratis sylvis arboribus rubetis et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus quaestibus attinen. et pertinen. Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum Actuali de pacifica possessione per Mem et alios dicti officii acceptandam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis memorato Donatori cum suis et eius posteris ocurrere Commissionem ab Omni impedimento quandolibet quarumvis personarum praetendentium impugnantium et aemulantium per Omnes processus Omnes vires quibus coniunctim et divisim fuerit tueri defendere evincere Iuribus per se et per submissas personas non evincere sub Damnis Contra dicti taxatis et edicendis. Et Coram officio praesentibus Capitan. Branscen. in termino Actionis termino peremptorio et responsione Omnibus in genere suam quibus remediis et defensionibus legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ad abscribendo et abrenuncians